



- \* \* \*
- D**iu, fateor, quicui, neque rationes tales, quales antea septies & decies, Patronis reddidi. Quae causa fuit morae huius? Num fortasse propositi illius me poenituit? Num pigrior, aetate ingrauescente, factus sum, laborem subterfugens? Huius criminis, quod praefitini dixerim, reus ego non sum. Interim fuerunt causae aliae, quae opus illud retardarunt. Primum scilicet defuit intra omne hoc tempus occasio, quae alioqui rationes hasce a me quasi poposcit. Deinde inaudiui, ni fallor, sermunculos nonnullorum, totum hoc opus non nisi *negis vò seaðnvaq* susceptum esse opinantium. Verum sicuti omnes, qui me norunt boni, laureolam in muftaceo me non quaerere, testabuntur: ita sancte testari ego possum, multos meorum, ex quo de istis priuatae diligentiae specimenibus tacui, remissiores in iis factos esse. Hos ergo vt ad priorem feruorem reuocarem, tandem *Breuiarium decimum octauum* Rationum prelo subiiciendum esse existimaui. Et quia dies quartus & decimus Martii anno MDCCXXXIII, vltimus fuit scriptiois meae vltimae, vbi nunc fit ordindum, facile cognosco. Nempē d. 20. Martii Odas germanicas in perpeffiones Christi *Samuel Dürrius*, Mylau. Varificus, & in mortem Regis atque Electoris nostri Clementissimi *Andreas Sigismundus Greenius*, Chemnic. recitarunt.
- d. 21. disputatum fuit, num pugna illa solennis, quae in Hispania inter homines & tauros institui solet, licita sit, nec ne, Respond. *Ioh. Christophoro Drechslero*, Chemnic. & *Oppon. S. Dürrio*.
- d. 24. *Gottlieb Vlbrichius*, Erdmannsdorff. Misn, orationem latinam de priuata discentium diligentia eiusque necessitate habuit, & *Daniel Thomafius*, Flöh. Misnicus, itidem latinam in laudem Philosophiae.
- d. 27. De moriente pro nobis Christo odam germanicam recitauit *Gottlieb Schultzius*, Mitweid. Misn. ac similem *Christianus Gottlieb Weisbachius*, Mirweidenfis Misnicus.
- d. 28. disputatum est, num petere diuitias a Deo liceat, Resp. *Ioh. Dauid Feller*, Chemn. Opponente *I. C. Drechslero*.
- d. 1. APRILIS de aliquibus, quae ab homine vere poenitente necessario requiruntur, orat. latina egit *Gottlob Carolus Barthius*, Zichopau. Misnicus, & suam condicpulatorumque culpam, apud praecceptores simul deprecatus est.
- d. 4. Carmen latinum elegiacum de Christi perpeffionibus & morte *Ioh. Gottlieb Dehnius*, Chemnic. *I. C. Drechslerus* & *G. Vlbrichius* carmina germanica de eadem materia recitarunt. Eodem die disputatum fuit, vtrum caeci illi, quibus Christus vifum restituit, recte fecerint, nec ne, miraculum hoc contra Christi interdictum vbique dilatando, Resp. *Ioh. Christophoro Neuberger*, Niederlungwitz. Misnico, & Respon. *S. Dürrio*.
- d. 10. *Ioh. Augustus Colerus*, Glauch. Schoenburg, orat. latina laudauit amicitiam.
- d. 11. disputatum fuit, num Dauid cum Goliatho pugnaturus arma a Saulo Rege data proiciens, illisque baculum & fundam praferens, recte fecerit, nec ne, Respond. *Gottf. Fredo Plaencknero*, Chemnic. Oppon. *A. S. Greenio*.
- d. 16. Orationem latinam de scholis publicis & Academijs recitauit *Ernestus Christianus Sachsius* Eppendorff. Misnicus, & scholae valedixit.
- d. 18. disputatum fuit, vtrum die dominica liceat expatriatum ire, nec ne, Resp. *Danicle Miillero*, Erlau. Misn. Oppon. *G. Plaencknero*.
- d. 28. Viro admodum Reuerendo, Dn. M. Gottlieb Hermannno, Pastori de coetu Iohanneo oprime merito, d. 31. pie mortuo, & d. 7. April. honeste tumulato parentarunt *Ioh. Gottlieb Opnius*, Burgstad. Misnicus, *Mauritiuus Dorotheus Engel*, Burgstad. Misnicus, *D. Thomafius*, *C. G. Weisbachius*, & *G. Vlbrichius*.
- d. 2. MAII disputatum fuit, vtrum Scriptores gentiles in scholis publice praelegendi sint, nec ne, Respond. *A. S. Greenio*, & Opponente *G. Plaencknero*.
- d. 7. de Aduocatis Veterum lat. orationem habuit, & Lipsiam abiturus ad Ius tractandum scholae nostrae simul, verbis itidem latinis, valedixit *Ioh. Gottlieb Niednerus*, Neufalz. Lufatus.
- d. 8. Dn. M. Valentino Craufoldo, Pastori Franckenberg. ante duas circiter hebdomadas pie mortuo parentauit *Christianus Gottf. Theodorus Kötteriz*, Franckenberg. Misnicus.
- d. 12. carmen germanicum in obitum D. M. Hermannii recitauit *Ioh. Gottbillf Thiersfelderus*, Ehrenfriedersd. Misnicus.
- d. 16. disputatum fuit, num electio an successio in regno maioris sit vtilitatis, Respond. *I. C. Drechslero*, Oppon. *S. Dürrio*.
- d. 23. disputatum fuit, num Dauid cum Goliatho certamen singulare iniens recte fecerit, nec ne, Respond. *Ioh. Friederico Zochoero*, Halsbac. Misnico, Oppon. *G. Plaencknero*.
- d. 29. Carmen latinum in genere Glyconico de beneficijs Spiritus S. recitauit *Ioh. Gottlieb Franckius*, Augustsburg. Misnicus.

- d. 30. disputatum fuit, utrum Christus retinere in statu exaltationis cicatrices vulnerum  
Respond. *Iohanne Georgio Wagnero*, Chemnic. Oppon. *G. Plaencknero*.
- d. 2. IVNII orationem latinam in laudem veris recitavit *G. G. Th. Köteritz*.
- d. 6. disputatum fuit, utrum libri amatorum a iuuenibus sint legendi nec ne, Respondente  
*G. Plaencknero*, & Oppon. *I. G. Wagnero*.
- d. 9. Electori Saxoniae nouo gratularus est imperium latine *D. Thomafius*.
- d. 12. idem *Thomafius* orat. latina probauit, facius esse flere, quam ridere: & *Annae Sibyllae Saariae*, Dn. Saarii mercatoris *Dreßdenfis* coniugi, apud Parentes optimos hic mortuae parentarunt *C. G. Th. Köteritz*, & *Ioh. Samuel Loescherus*, *Topperfeiffersdorf*. *Milnicus*.
- d. 19. carmen germanicum in fidem Electori Serenissimo datam recitavit *G. Schultzius*.
- d. 27. disputatum fuit, utrum *Paulinus* Episcopus tradens se in captiuitatem, vt liberaret inde viduae alicuius filium, recte fecerit, nec ne, Respond. *Ioh. Guilielmo Drechslero*, *Bockau*, *Miln.* & Oppon. *Ioh. Michael Vhlichio*, *Gelenau*, *Milnico*.
- d. 4. IULII disputatum fuit, utrum militi ducenda sit vxor, nec ne, Respond. *Friderico Ebrgott Sachsiso*, *Eppendorff*. *Milnico* & Opp. *Ioh. Gottbelf Graeuo*, *Ebersdorf*. *Miln.*
- d. 7. maronae boni nominis, octoginta annos supergressae, *Elisabethae Molliae*, parentarunt *Gottlob Gottbelf Schneiderus*, *Mitweid*. *Miln.* & *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 11. disputatum fuit, rectene faciant Hispani urbem *Africae*, *Oranum*, retinentes & non potius deserentes, Respond. *I. M. Vhlichio*, Oppon. *I. Guil. Drechslero*.
- d. 18. disputatum fuit, vtrum discipuli, qui precibus iusto tempore non ad sunt, poena aliqua sint coercendi, nec ne, Respond. *G. G. Schneidero*, Oppon. *I. C. Drechslero*.
- d. 1. AVGVSTI disputatum fuit, utrum *Sardanapalus* recte fecerit, se ipsum cremans, Respond. *I. G. Graeuo*, Oppon. *I. G. Dehnio*.
- d. 8. Causas, quibus communi emendationem vitae differant non pauci, consultauit, & coetu vitam malam in melius mutaturo, & ad eam sacram accessuro, de peccatore simul egit *Gottlieb Daniel Naumannus*, *Franckenberg*. *Milnicus*.
- d. 21. Nepoti meo suauissimo, tenero *Dn. Theodori Hausdörfferi*, mercatoris nostratis, filio parentauit *Heinricus Gottlob Schmidius*, *Lichtenau*. *Milnicus*.
- d. 22. disputatum fuit, utrum *Christianus* aegrotans recte faciat, nec ne, si medicum iudaicum consulat, Respond. *I. G. Wagnero*, Oppon. *I. G. Dehnio*.
- d. 25. paupertatem oratione latina laudauit *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 1. SEPTEMBRIS diuitias oratione latina laudauit *G. G. Schneiderus*.
- d. 5. disputatum fuit, utrum bonum ex malo fluens sit apperendum, nec ne, Respondente *I. G. Dehnio*, Opponente *I. G. Wagnero*.
- d. 12. disputatum fuit, utrum *Thomas Agnello* siue, vt nominari fere solet, *Massaniello* recte fecerit, nec ne, insurgens contra vicarium Regem regni *Neapolitani*, Respond. *I. G. Dehnio*, Oppon. *I. G. Wagnero*.
- d. 19. disputatum fuit, utrum vxor *Lorhi* retrospiciens commiserit peccatum mortale, nec ne, Respond. *D. Müllero*, Oppon. *I. G. Drechslero*.
- d. 22. Scientiam salutare rerum *Theologicarum* praestantior esse omnibus alijs, oratione germanica probauit *D. Thomafius*.
- d. 26. disputatum fuit, utrum opifices inter laborandum canere deo queant, nec ne, Respondente *I. G. Wagnero*, Oppon. *I. G. Dehnio*.
- die 3. OCTOBRIS disputatum fuit, num optare sibi in rebus aduersis posse mortem *Christianus*, Respond. *G. G. Schneidero*, Oppon. *I. C. Drechslero*.
- d. 6. *Aristotelem* oratione latina laudauit *G. G. Th. Köteritz*.
- d. 10. disputatum fuit, rectene fecerit *Lucretia* seipsam, cum vitata esset, contra voluntatem suam a *Tarquino*, interficiens, Resp. *I. Gu. Drechslero*, Oppon. *I. G. Wagnero*.
- d. 13. moderationem in luctu oratione latina suauit *Christianus Gottlob Keyserus*, *Augustus-burgensis*. *Milnicus*.
- d. 17. disputatum fuit, utrum *Nicephorus*, Imperator *Constantinopolitanus*, recte fecerit, nec ne, dum ministris ecclesiae decretum obtrudere studuit, vt milites, qui strenuam in bello nauassent operam, *Martyrum* loco colerentur, Respond. *M. D. Engel*, Oppon. *I. Gu. Drechslero*.
- d. 20. nomine *Poloni* nobilis suauit *Polonis* carmine germanico, vt *Fridericum Augustum*, Electorem *Saxoniae*, Regem suum eligant, *G. G. Schneiderus*.
- d. 24. Disputatum fuit, utrum *Patroni* causarum recte faciant, nec ne, causas clientum protrahentes, nec finientes cito, Respond. *I. G. Dehnio*, Oppon. *Gottbelf Bathasare Hablero*, *Chemnicensis*.
- d. 27. Moderationem gaudij oratione lat. suauit *C. G. Keyserus*.

- d. 29. Electori nostro Serenissimo, Friderico Augusto, coronam Polonicam sermone vernaculo gratulati sunt *I. Gu. Drechslerus*, & *D. Thomafius*.
- die 3. NOVEMBRIS dictum Chilonis: Ad conuiuia amicorum tardus, ad calamitates cito accedas, oratione latina interpretatus est *I. Gu. Drechslerus*.
- d. 7. disputatum est, num is, cui per carnificis manus moriendum est, hoc mortis genus deuitare potuisset, Respond. *D. Müllero*, Oppon. *G. B. Hüblero*.
- d. 10. miram naturae compensationem in exemplo Thomae Schweickeri, sine brachiis quidem nati, sed omnia pedibus leuiter peragentis, quae alii manuum ope perficiunt, oratione latina admiratus est *Ioh. Gottlieb Weisbachius*, Rückerswald. Misnicus, & castitatem oratione latina laudavit *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 13. carmen germanicum in obitum Dn. M. Haulii, Concionatoris Dresdensis, annis & meritis grauis, recitauit *C. G. Keyserus*.
- d. 28. de omnipotentia Dei latine perorauit & coetu ad sacram coenam accessuro culpam deprecatus est *I. C. Drechslerus*.
- die DECEMBRIS primo carmen vernaculum de aduentu Christi recitauit *I. S. Loescherus*.
- d. 5. disputatum est, vtrum litteris se dedens adolescens Musicae simul operam nauare debeat, nec ne, Respond. *G. B. Hüblero*, Oppon. *I. G. Graeuio*.
- d. 8. de eloquentia orationem germanicam recitauit *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 12. disputatum fuit, liceatne praeconibus verbi diuini exempla e scriptis gentiliū allegare, Respond. *I. G. Graeuio*, Oppon. *I. M. Vhlichio*.
- d. 15. Orium esse fugiendum oratione latina probavit *C. G. Weisbachius*.
- d. 18. de Christi nascens humilitate & paupertate oratione latina egit *H. G. Schmidius*.
- d. 19. disputatum fuit, num, pulchritudinis causa, faciem suam illicere liceat, nec ne, Respondente *G. D. Naumanno*, Opponente *I. C. Drechslero*.
- d. 22. Vindictam priuatam fugiendam esse, monstrauit oratione latina *Christophorus Gottfriedus Lebrecht Schwarzzius*, Multa Misnicus.
- d. 24. de Christo recens nato egerunt carmine latino heroico *I. G. Dehnius*, carmine lat. elegiaco & simul germanico *I. G. Wagnerus*, germanico *D. Müllero*.
- d. 29. licere oratori, laudare ea, quae nemo unquam vituperauit, probauit oratione latina *Carolus Traugott Hausius*, Dittweisfch. Misnicus.
- d. 2. JANVARII anni 1700 cccc xxxiv. *G. B. Hüblerus*, oratione latina de Supplicationibus veterum Romanorum habita, gratulatus est praeceptoribus nouum annum.
- d. 9. disputatum est, vtrum Saulus, Samuelem sibi per sagam excitari iubens, recte fecerit, nec ne, Respondente *I. G. Opitio*, Opponente *I. G. Dehnio*.
- d. 15. Christiano Ernesto Hauekio, discipulo scholae nostrae pie defuncto parentauit *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 16. disputatum fuit, vtrum filius patrem suum in ius vocare possit, nec ne, Respond. *I. C. Drechslero*, Opponente *I. G. Dehnio*.
- d. 19. Dn. Iohanni Christiano Hermanno, Senatori ac Mercatori apud nos celeberrimo parentarunt *M. D. Engel*, & *I. G. Weisbachius*.
- d. 23. disputatum fuit, rectene fecerit Harpagus, nec ne, corpus suum miris modis lacerans, Respondente *G. B. Hüblero*, Opponente *D. Müllero*.
- d. 26. orationem germanicam de veris & falsis amicis recitauit *Iohannes Gottbelf Reichelius*, Zschopau. Misnicus.
- d. 30. disputatum fuit, num bona furis suspensi haereditate perueniant ad propinquos eius, Respondente *I. G. Dehnio*, Opponente *I. C. Drechslero*.
- die 2. FEBRVARII Rosinae Dorotheae Geieriae, natu Koentitiae, parentarunt *G. Vlhrichtius* & *Christophorus Heinricus Schroeterus*, Chemnicensis.
- d. 5. Regi Poloniae Potentissimo coronam regiam sermone vernaculo gratulatus est *C. G. Th. Köteritz*.
- d. 9. *G. G. Schneiderus* doctos ad magnum honoris fastigium ascendere posse, orat. graeca probauit.
- d. 13. disputatum fuit, vtrum Athanasius puer pueros paganos inter ludendum baptizans recte fecerit, nec ne, Respondente *D. Müllero*, Opponente *G. B. Hüblero*.
- d. 16. nimium somnum orat. latina improbauit *I. S. Loescherus*.
- d. 20. disputatum fuit, num priuatus, qui feram deicit, supplicio sit afficiendus, nec ne, Respondente *G. G. Schneidero*, Opponente *H. G. Schmidio*.
- d. 27. disputatum fuit, vtrum Lycurgus, Thraciae Rex, vites omnes extirpans, ne milites inebriari possent, recte fecerit, nec ne, Oppon. *I. G. Wagnero*, Resp. *D. Thomasio*.
- die 6. MARTII disputatum fuit, vtrum ex lineamentis manuum praedicere liceat futura hominis fata, Respondente *M. D. Engelio*, Opponente *I. G. Wagnero*.

- d. 13. disputatum fuit, num homo comparari possit cum bestiis, Respond. *Christiano Carolo Waegnro*, Dittersdorff. Misn. Opponente *G. B. Hübler*.
- d. 16. de morte omnibus hominibus communi carmine germanico egit *I. A. Colerus*.
- d. 20. disputatum fuit, vtrum privato, vestibus pretiosis induere se, liceat, nec ne, Resp. *F. E. Sachsis*, Oppon. *Ioh. Gottofredo Haasio*, Chemnic. Misn.
- d. 23. *C. G. Th. Kötteritz*, Pharaoni, nomine Iosephi, pro liberatione ex carcere & collatis honoribus, oratione germanica gratias egit.
- d. 27. disputatum fuit, num homo fide sola iustificetur, Respond. *I. A. Colero*, Oppon. *D. Thomasio*.
- die 3. APRILIS disputatum fuit, sitne aequum, nec ne, vt superior apud inferiorem, quem laesit, deprecetur, Respond. *G. Vlbrichio*, Oppon. *G. G. Schneider*.
- d. 6. *Ioh. Samuel Loescherus* de iniustitia Philippi Macedoniae Regis orat. lat. egit.
- d. 10. disputatum fuit, rectene faciant homines de nimia hominum eiusdem officii vel artis copia subinde conquerentes, Respond. *Christophoro Beniamin Ottone*, Augustusburg. Misnico, Opponente *D. Müller*.
- d. 13. de perfectionibus & morte Christi carmen germanicum recitavit *Gottofredus Thomasio*, Flocha Misnicus.
- d. 17. disputatum fuit, num Imperator Turcicus appellari debeat unctus Domini, Respond. *G. Schultzio*, Mitweid. Misn. Oppon. *I. G. Waegnro*.
- d. 20. Dn. Balthasari Crucho, Cantori Franckenbergeni parentavit *C. G. Th. Kötteritz*.
- d. 21. de ineffabili detrimento peccati orationem habuit latinam, simulque deprecatoris partes suscepit *D. Müller*.
- d. 24. de perfectionibus Christi orationem latinam habuit *I. A. Colerus*; *Vlbrichius* etiam latinam orat. de Iuda proditore, & *G. Schultzius* de Christi morte carmen germanicum recitavit. Disputatum etiam fuit, num Iacobus genua flectens, conspecto Eliauo, recte fecerit, nec ne, Respond. *I. G. Weisbachio*, Oppon. *I. G. Debnio*.
- d. 4. MALL *Iohannes Gottlieb Opitius*, Burgstad. Misn. habita latina oratione, qua probavit, diabolum esse simiam Dei, carmine germanico scholae valedixit.
- d. 8. disputatum fuit, vtrum homo in melancholia ira moriens, vt mortem sibi violentam non inferat, damandus sit, nec ne, Respond. *I. A. Colero*, Oppon. *I. G. Weisbachio*.
- d. 11. a diligentia non esse desistendum, oratione latina docuit *C. G. Weisbachius*.
- d. 22. disputatum fuit, vtrum Iulius Caesar recte fecerit, nec ne, contra patriam & Pompeium bellum gerens, Respond. *M. D. Engelio*, Oppon. *D. Müller*.
- d. 29. disputatum fuit, liceatne in bello inficere veneno fontes seu aquam, Respond. *C. T. Haasio*, Oppon. *D. Müller*.
- d. 1. IVNII oratione latina laudavit Philosophiam *C. G. Th. Kötteritz*.
- d. 5. disputatum fuit, vtrum, qui in equuleo, dolore adactus, crimen confitetur, quod non commisit, recte faciat, nec ne, Respond. *Ioh. Gottbill Müller*, Thurm. Schoenburg. Oppon. *I. A. Colero*.
- d. 12. disputatum est, num licitum sit, ob damnum, quod haud ita pridem multi terrae nostrae incolae per grandinem perpeffi sunt, queri & lamentari, Respond. *D. Müller*, Oppon. *G. B. Hübler*.
- d. 22. disputatum fuit, num efficere chartas luforias licitum sit, nec ne, Respond. *C. G. Waegnro*, Oppon. *M. D. Engelio*.
- d. 29. de diuite helluone, eiusque peruersa vitae ratione carmen vernaculum recitavit *I. G. Weisbachius*.
- die 3. IULII disputatum fuit, num foeminas deceat in aures gestare, Respond. *F. E. Sachsis*, Opponente *I. A. Colero*.
- d. 6. de superbia fugienda latine peroravit *G. Vlbrichius*.
- d. 10. disputatum est, num magistratus percussorem impunitum possit dimittere, Respond. *C. G. Schwarzio*, Opponente *C. T. Haasio*.
- d. 13. de philautia & recta & peruersa orat. germanicam recitavit *I. S. Loescherus*.
- d. 17. disputatum fuit, vtrum die poenitentiali ad vesperam vsque ieiunandum sit, nec ne, Respond. *D. Müller*, Oppon. *I. A. Colero*.
- d. 27. Dn. M. Ioh. Gottofredo Facildi, Pastori Ottendorffeni parentavit *C. G. Th. Kötteritz*.
- d. 31. disputatum est, vtrum pro mortuis orandum sit, nec ne, Respond. *F. E. Sachsis*, Opponente *M. D. Engelio*.
- die 3. AVGVSTI Regi nostro Augustissimo Augustissimum onomasina oratione germanica gratulatus est *C. G. Th. Kötteritz*.

- d. 7. disputatum est, vtrum loabus recte fecerit, nec ne, Absolomum e quercu pendente transfodiens, Respond. *I. A. Colero*, Oppon. *I. G. Weisbachio*.
- d. 10. Verba vltima Concionatoris castrensis, in Polonia orientis, ad matrem absentem directa, carmine germanico expressit atque recitauit, *I. G. Weisbachius*.
- d. 14. disputatum fuit, num pius homo ab impio possit seduci atque corrumpi, Respond. *C. B. Ottone*, Opponente *I. G. Weisbachio*.
- d. 17. in laudem Dantilci orationem latinam recitauit *G. Vlbrichius*.
- d. 21. disputatum fuit, num iusiurandum hosti datum seruandum sit, nec ne, Respond. *G. Vlbrichio*, Opponente *G. G. Schneidero*.
- d. 24. In mortem Summe Reuerendi atque Excellentissimi Ephori nostri, Dn. D. Georgii Sigismundi Greenii carmina lugubria recitarunt *M. D. Engel*, *I. A. Colerus*, *G. Vlbrichius*, *C. G. Weisbachius*, *Iob. Sigismundus Grimmerus*, Auerswald. Misnicus, & *Iohannes Gottheff Kribelius*, Waldheimensis Misnicus.
- d. 28. de ruina Hierosolymae oratione latina egit, & schola ad sacram coenam accessura deprecatorem egit *G. G. Schneiderus*.
- d. 31. occasione ex oratione Ciceronis pro Deioraro arrepta, hospitem apud nos diuertentem non esse interficiendum, probauit orat. latina *C. G. Weisbachius*.
- die 3. SEPTEMBRIS Summe Reuerendo Greenio nostro parentarunt *I. G. Weisbachius* latine, *C. H. Schroeterus*, & *I. G. Reichelius* germanice.
- d. 4. disputatum fuit, recte fecerit Dauid dementiae coram Rege Philistaeorum simulans, Respond. *I. G. Weisbachio*, Oppon. *M. D. Engelio*.
- d. 7. fortunae secundae non esse nimium confidendum, orat. latina probauit *I. S. Loescherus*.
- d. 11. disputatum fuit, vtrum Christiani mortui sint lugendi, nec ne, Respondente *C. T. Hausio*, Oppon. *I. G. Weisbachio*.
- d. 14. *I. C. Hungerus*, Marckersbac. Misnicus diuitias inter maxima bona non esse referendas, oratione latina ostendit.
- d. 17. Exemplari foeminarum honestarum, Eleonorae Beatae, natu Waegeriae, Tit. Dn. M. Guhlingii, Diaconi ad D. Iacobi aedem optime merentis Coniugi desideratissimae parentarunt *G. G. Schneiderus*, *G. Vlbrichius*, *I. A. Colerus*, *C. T. Hausius*, *C. G. Th. Körterz*. In eiusdem obitum carmina germanica recitarunt *C. C. Wagnerus*, & *I. S. Grimmerus*.
- d. 21. Danieli Müllero, Erlau. Misnico, diligenti scholae nostrae discipulo, Academiae Candidato, in patria, quo paulo ante se contulerat, die 19. Sept. honeste sepulto parentauit *G. G. Schneiderus*.
- d. 24. In Dn. Weishuhnii, aurifabri nostratis, tenellum infantem, morte acerba abreptum, carmen german. recitauit *I. S. Loescherus*.
- d. 25. disputatum fuit, vtrum pius mortem timere debeat, nec ne, Respond. *C. H. Schroetero*, Opponente *G. G. Schneidero*.
- d. 28. Dn. Weishuhnii modo dicti coniugi lectissimae parentauit *I. S. Loescherus*.
- die 1. OCTOBRIS homines non nisi mundana anhelantes oratione latina cum talpis comparauit *Iob. Gottlob Fischerus*, Burgstad. Misnicus.
- d. 2. disputatum fuit, vtrum homo in periculum praesentissimum, locii sui gratia, iure se coniciat, nec ne, Respond. *I. G. Müllero*, Oppon. *I. A. Colero*.
- d. 5. de humilitate orationem latinam habuit *I. S. Grimmerus*.
- d. 9. disputatum est, vtrum ministro ecclesiae epulis nuptialibus interesse liceat, nec ne, Respondente *C. G. L. Schwarzio*, Opponente *C. T. Hausio*.
- d. 15. orationem latinam de pietate recitauit *C. G. L. Schwarzius*.
- d. 22. *G. G. Schneiderus* carmine germanico in eos inuectus est, qui, fundamento studiorum nondum iacto, in Academiis properant.
- d. 23. disputatum fuit, num Caesar recte faciat, si bellum ea lege finiat, vt hostibus, quae expugnarunt, omnia relinquat, Respon. *G. G. Schneidero*, Oppon. *M. D. Engelio*.
- d. 26. de conuentu scholastico non negligendo, orat. latina egit *G. Vlbrichius*.
- die 2. NOVEMBRIS *I. G. Reichelius* matronae virtutibus admodum ornatae, Christianae Sophiae coniugi a marito suo, Dn. Conrado Stoeffelio, maxime adamatae, parentauit.
- d. 12. in laudem scholarum orationem latinam recitauit *Iob. Rudolphus Ernestus Colerus*; Glaucha Schoenb.
- d. 19. plus gaudii e partu filiorum, quam e partu filiarum, ad parentes redundare, orat. latina probauit *M. D. Engel*.

- d. 20. disputatum fuit, vtrum Belgae recte faciant, nec ne, Caesari auxilia in praesenti bello negantes, Respond. *M. D. Engelio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 23. oratione latina verbum Dei cum gladio comparavit *I. G. Kriebelius*.
- d. 26. filiolae Dn. M. Guhlingii, matrem, post decem circiter hebdomadas, moriendo infectae parentavit *C. G. L. Schwarzzius*.
- d. 27. quod homines, exemplo Medae, meliora videant probentque, deteriora sequantur, oratione latina docuit, simulque deprecatorem egit *F. E. Sachsus*.
- die 3. DECEMBRIS, quodnam hominis sic officium cogitantis de iudicio extremo, oratione latina monstravit *Iob. Abrahamus Richterus*, Wolckenburg. Misnicus.
- d. 4. disputatum est, num Ninya recta fecerit, matrem, a qua ad concubitum sollicitatus fuerat, necans, Respond. *I. A. Colero*, Oppon. *I. G. Weisbachio*.
- d. 7. in oratione latina poriores causas, cur laborandum sit homini, exposuit *Heinricus Carolus Andreae*, Rabenstein. Misnicus.
- d. 14. Cognati alicuius honorati infanti parentavit *C. G. Keyserus*.
- d. 17. In laudem Ahasueri Fritschii, Viri, cum viveret & Juris & rerum diuinarum scientissimi, orationem latinam recitavit *David Christianus Gottofredus Fritschius*, Franckenb. Misn.
- d. 23. de receptione Iesu recens nati in corda orat, latina egit *I. G. Reichelius*: *I. S. Grimmerus* ad gratias pro beneficiis diuinis agendas orat. germanica excitavit: *H. C. Andreae* speciatim, ad gratias pro filii in carnem missione Deo agendas inflammavit.
- d. 24. *G. S. Martini* & *I. G. Kriebelius* carmina germanica de Christo recens nato recitarunt, & *G. Schulzius* Seni & Senatori vrbis nostrae Candidissimo, Dn. Christiano Schultzi, parentavit.
- die 3. IANVARII AN. MDCCCXXXV. non intermittendum esse hoc tempore officium gratiarum agendarum docuit, & simul praeceptoribus commilitonibusque nouum annum gratulatus est *I. A. Colerus*.
- d. 15. disputatum fuit, num laus propria semper fordeat, Respondente *M. D. Engelio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 21. orationem germanicam de vitio ingrati animi habuit *I. G. Reichelius*.
- d. 22. disputatum fuit, vtrum liceat Studioso Theologiae vxorem ducere, Respondente *G. G. Schneidero*, Oppon. *G. Vlbrigio*.
- d. 25. Redire post nubila Phoebum, carmine latino elegiaco *G. G. Schneiderus* ostendit.
- d. 28. quod a teneris adulescere multum sit, probauit oratione latina, *C. G. Th Kötteritz*.
- d. 29. disputatum fuit, num recte fecerit Rahab recipiendo exploratores Israëliticos, Respondente *C. B. Ottone*, Oppon. *I. G. Weisbachio*.
- d. 3. FEBRVARIJ discipulos scholarum ab hominibus plebeiis non esse vilipendendos aut dictis onerandos, oratione latina probauit *Christianus Sigismundus Kötteritz*, Franckenberg. Misnicus.
- d. 5. disputatum est, num Papa sit superior Imperatore, Respondente *G. Schulzio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 11. Dn. Iohanni Roschero, curatori vel conductori arcis & praedii nobilis Rabensteinensis *C. Andreae* parentavit.
- d. 12. disputatum fuit, num Mardocheus recte fecerit, nec ne, Hamani negans honorem *πεποινηστος*, Respond. *C. G. Weisbachio*, Oppon. *I. R. E. Colero*.
- d. 18. *G. S. Martini*, Chemnic. doctores falsos oratione latina cum lupis comparavit & *H. C. Andreae*, bellum esse malum maximum & perniciosissimum, orat. latina probauit.
- d. 19. disputatum fuit, vtrum liceat esse spectatorem in Comoedia, in qua pupae, loco hominum, actionem videntur suscipere, Respondente *C. T. Hausio*, Opponente *G. G. Schneidero*.
- d. 22. *Iob. Fridericus Roemlerus*, Mittweiden. Misnicus orationem latinam de remediis quibusdam pietatis recitavit.
- d. 25. *D. Thomafius* de grauitate muneris scholastici orat. latinam habuit.
- d. 26. disputatum est, num Salome recte fecerit, nec ne, dum iusiurandum, quo fratri suo morituro, Herodi M. promiserat, se proceres Iudaeorum captiuos, post obitum ipsius, interfecturam esse, non seruauit, Respondente *C. G. Weisbachio*, Opponente *M. D. Engelio*.
- d. 4. MARTII Susannae Geieriae, Christiani Geieri, ciuis inter nos honesti & saponarii viduae

- parentavit *C. G. Th. Kötteritz*, & de spectris non formidandis quidem nimium; sed tamen etiam non audacter negandis & negligendis orat. latina egit *Gottlieb Dürrius*, Mylau. Varifcus.
- d. 5. disputatum fuit, vtrum Christianus cogi debeat ad sacram coenam accipiendam, Respondente *C. G. L. Schwartzio*, Oppon. *C. G. Th. Kötteritio*.
- d. 11. *G. Thomafius* prouerbium germanicum: *Zuriften böfe Christen/* orat. germanica refutauit.
- d. 12. disputatum fuit, num Concionator necessario templum, ficut alii homines, frequentare debeat, nec ne, Respond. *I. S. Loefchero*, Oppon. *G. G. Schneidero*.
- d. 18. Dn. Weiferi, primarii apud nos pecuniarum, ceu dicuntur, acciflarum receptori coniugi beate mortuae parentauit *I. G. Reichelius*.
- d. 19. disputatum est, num hominibus a diabolo obfefsus porrigenda fit facra coena, Respondente *C. G. Th. Kötteritio*, Opponente *C. G. Weisbachio*.
- d. 25. carmine germanico perfidiam fuam Iudae proditori exprobauit *C. G. Weisbachius*.
- d. 26. disputatum fuit, num ufuras accipere Christianis licitum fit, Respond. *G. Landgrafio*, Chemnic. Oppon. *M. D. Engelio*.
- d. 1. APRILIS, *Gottlieb Schutzius*, Mittweid. Mifnicus de studio Theogiae fancte tractando orationem latinam habuit, & carmine germanico scholae fimul valedixit.
- d. 2. disputatum est, vtrum Moses Aegyptiacum virum interficiens recte fecerit, nec ne, Respond. *C. G. Th. Kötteritio*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d. 6. de poenitentia publica Christianorum Vereris ecclefiae oratione latina egit, & coetu poenitentiam agente & facram ad coenam accedente deprecatoris partes fufcepit *C. B. Ottone*.
- d. 9. disputatum fuit de thefi: Pilatus male egit Christum capitis damnando, Respond. *Georgio Christophoro Hungero*, Lichtenau. Mifnico. Opponente *G. Thomafio*. Eodem die carmina germanica de Christo gloriofe refurgente recitarunt *I. G. Kriebelius* & *G. S. Martini*.
- d. 15. de dignitate & praeflantia modestiae oratione latina egit *Paulus Wilhelmus Schoenickelius*, Chemnic.
- d. 16. disputatum fuit, num Noah recte fecerit filio fuo minori natu maledicens, Respond. *C. G. Kötteritio*, Oppon. *G. Thomafio*.
- d. 30. disputatum fuit, vtrum malefico in aedes legati fe recipienti vita fit donanda, nec ne, Respondente *C. G. VVeisbachio*, Opponente *I. G. Landgrafio*.
- d. 3. MAI de immanfa Dei potentia latinam orationem recitauit *Constantinus Fridericus Machius*, Doebel. Mifnicus.
- d. 7. disputatum fuit, num victor victos iure interficere queat, Respondente *C. G. L. Schwarzio*, Opponente *C. B. Ottone*.
- d. 13. *Gottlieb VVibrichius* Platonem orat. lat. laudauit, & carmine german. scholae valedixit.
- d. 21. disputatum fuit, vtrum Christiano licitum fit, nec ne, vxorem alius religionis in matrimonium ducere, Respondente *C. G. VVeisbachio*, Oppon. *C. G. Th. Kötteritio*.
- d. 28. disputatum fuit, vtrum Regulus vltro ad Carthaginenses, i. e. in carcerem & ad poenam, rediens recte fecerit, nec ne, Respondente *G. D. Naumanno*, Opponente *C. B. Ottone*.
- d. 4. Iunii disputatum fuit, poffitne Christianus Christianum, illaefa confcientia, in ius vendere, Respond. *C. G. VVeisbachio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 7. Dn. Iohanni Semper, negotiatori apud nos non incelebri, parentauit *H. C. Andreae*.
- d. 11. disputatum est, num Minister ecclefiae fibimet ipfi porrigere poffit facram coenam, Respond. *C. B. Ottone*, Oppon. *M. D. Engelio*.
- d. 14. Dn. D. Ioh. Gottlob Richteri, Syndici & Senatoris vrbs huius filiofae morte abreptae parentarunt *C. G. Th. Kötteritz* & *I. G. Reichelius*.
- d. 18. disputatum est, num Imperator recte iam faciat, vrbes & regiones ab hofte ereptas recuperare manu armata studens, Respond. *M. D. Engelio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 25. disputatum est, rectene fecerit Ednardus, antiquus Rex Britanniae, nec ne, furibus priuilegium quoddam concedens, Respondente *F. E. Sachfio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 2. Iulii disputatum est, vituperandusne fit, an laudandus Ninya, marrem Semiramidem, a qua ad inceffum fuerat inuitatus, occidens, Respondente *C. B. Ottone*, Opponente *F. E. Sachfio*.
- d. 9. disputatum fuit, num detur mendacium officiofum, Respondente *C. G. L. Schwarzio*, Opponente *C. T. Hausio*.

d. 16.



- d.16. disputatum fuit, vtrum nuptiae die dominica celebrandae sint, nec ne, Respond. *C. T. Hausio*, Opponente *C. G. L. Schwarzio*.
- d.30. disputatum fuit, vtrum Christianus possit esse certus de salute sua, Respondente *C. G. Th. Kötteritio*, Opponente *C. G. VVeisbachio*.
- d.6. AVGVSTI disputatum fuit, vtrum Iudaei sint Christianorum proximi, nec ne, Resp. *I. C. Hungero*, Oppon. *C. G. Th. Kötteritio*.
- d.9. de triplici hominis felicitate, in eo consistente, si quis bene nascitur, bene nubit, & bene moritur, orat. latina egit *H. C. Andreae*.
- d.13. de mira vere poenitentium paucitate orationem latinam recitavit *C. G. L. Schwarzio*, & coetu coenae sacrae cupido, simul deprecatoris partes in se suscepit.
- d.16. podagram oratione latina laudavit *C. G. Th. Kötteriz*.
- d.20. disputatum fuit, num homines recte faciant, nec ne, dum malunt mori, quam diu captivi esse, Respond. *C. G. Th. Kötteritio*, Oppon. *C. G. VVeisbachio*.
- d.27. disputatum fuit, vtrum peregrini sint in rempublicam recipiendi, & si recepti sunt, in ea tolerandi, Respondente *I. G. Landgraffio*, Oppon. *C. G. VVeisbachio*.
- d.3. SEPTEMBRIS disputatum fuit, vtrum peregrini sint ad imperium vel ad officium praecclarum admittendi, Respondente *C. G. VVeisbachio*, Oppon. *C. G. Th. Kötteritio*.
- d.6. de duobus primariis Christianorum votis, vt nempe sancte viuant, & beate moriantur, oratione latina egit *Iob. Georgius Siebenwurff*, Chemnicensis.
- d.10. disputatum est, vtrum *C. Velleius*, pater *Velleii Paterculi*, propter aetatem ingravescentem debilemque se ipsum interficiens recte fecerit, nec ne, Respond. *C. G. Th. Kötteritio*, Opponente *D. G. L. Schwarzio*.
- d.13. *Iobannes Andreas Irmischerus*, Fhœha Misnicus, Ferdinandum III. Imperatorem oratione latina laudavit.
- d.20. caelestia praeferenda esse mundanis, carmine germanico docuit *I. G. Kribelius*.
- d.24. disputatum fuit, vtrum communitio bonorum, quae fuit inter primos Christianos, sit approbanda an improbanda, Respondente *C. G. Th. Kötteritio*, Opponente *C. G. L. Schwarzio*.
- d.27. carmine germanico vitam humanam cum Comœdia comparavit, *Hans Heinrich von Elterlein*, Poehla Misnicus.
- die OCTOBRIS disputatum est, vtrum, qui nomen suum libris a se scriptis non addunt, recte faciant, nec ne, Respondente *C. T. Hausio*, Oppon. *M. D. Engelio*.
- d.7. In nepores duos desideratissimos perquam Reuerendi Dn. Cleemanni nostri, vno fere tempore in aedibus ipsius morte abreptos, *Weiffium* alterum, alterum *Thierbachium*, carmen latinum elegiacum recitavit *F. E. Sachsus*, germanicum *Salomo Ranischius*: soli Christiano Florenti *Weiffio* parentarunt *I. G. VVeisbachius*, *C. G. Kötteriz*, *H. C. Andreae* & *C. G. Cleemannus*, Chemnic.
- p.8. Disputatum est, vtrum, qui libros sub falso edunt nomine, recte faciant nec ne, Respondente *C. G. Weisbachio*, Oppon. *C. G. Th. Kötteritio*.
- d.18. disputatum fuit, vtrum iustum aequumque sit, cum tauris, vti in Hispania fit, ad oblectandos spectatores, pugnare, Respondente *C. G. Th. Kötteritio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d.8. orationem lat. qua ab iis, qui litteris se dedunt, uni maxime disciplinae vel scientiarum generi immorandum esse docuit, recitavit *Iob. Christianus Hungerus*, Marckersbac. Misnicus, & simul scholae carmine germanico valedit.
- d.22. disputatum fuit, vtrum homo, si ira vel furore correptus alicum vulnerat, excusandus sit, nec ne, Respond. *F. E. Sachsio*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d.28. libros obscenos a iuuentute non esse legendos, oratione latina probavit *D. C. G. Fritschius*.
- d.29. disputatum fuit, vtrum Studiosus Juris debeat addiscere linguam graecam, Respondente *C. G. Weisbachio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d.1. NOVEMBRIS oratione latina commendavit silentium *Gabriel Fridericus Schaufsius*, Chemnicensis.

- d. 4. de causis contemptus Poëtarum orat. latinam recitauit *S. Ranischius*.
- d. 5. disputatum est, num status eremitarum Deo placeat, Respond. *C. B. Ottone*, Opponente *C. G. Th. Kætteritz*.
- d. 15. *C. S. Kætteriz*. in iuuentute statim Deo sincere esse seruiendum oratione latina probauit.
- d. 19. disputatum fuit, vtrum Julius Cæsar iure sit interfectus, nec ne, Respond. *C. G. Th. Kætteritz*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d. 22. *C. F. Machtius* parenti suo dilectissimo, Dn. Christiano Friderico Machtio, Collegae scholae Doebelenfis per unum & triginta annos Tertio, qui die 30. Octobr. beate mortuus est, parentauit.
- d. 26. Poenitentiam non esse procrastinandam oratione latina probauit, & deprecato-rem simul egit *C. G. Th. Kætteriz*.
- d. 29. Dn. D. Lischkio, Praefecto apud nos dexterrimo, de nuptiis die 24. Nouembris celebratis, carmine germanico gratulatus est, *I. S. Grimmerus*.
- d. 3. DECEMBRIS disputatum est, vtrum subditus, loco magistratus, verbera sponte tolerans, recte faciat, nec ne, Respondente *I. G. Landgraffio*, Opponente *C. G. Weisbachio*.
- d. 6. de crudelitate Astyagis, Regis Medorum, oratione latina egit *Ioh. Leberecht Ponsenthalius*, Zschopau. Misnicus.
- d. 10. disputatum est, vtrum pro accepto munere pecunia sit danda, nec ne, Respondente *C. G. Hungero*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d. 13. Dn. Joh. Adolpho Naeuio, Consuli de urbe nostra optime merito die 2. Decembris pie demortuo, parentarunt *I. G. Landgraffius*, *C. G. Th. Kætteritz*, *I. S. Grimmerus*, & *G. Fr. Schaufusius*.
- d. 17. disputatum fuit, num Cyrus, primus Rex Monarchiae Persicae, verae addictus religioni, & haeres vitae aeternae, ut statuit Matthiae in Theatro Historico, factus sit, Respondente *F. E. Sachsio*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d. 20. *Christianus Gottlieb Klugius*, Dittersbac. Misnicus, de duabus praecipuis Oratoris virtutibus oratione latina egit, probauitque, oratorem debere esse & virum bonum & doctum.
- d. 24. carmina germanica de ineffabili beneficio, quo Deus Filium suum misit in mundum carnemque nostram, recitarunt *C. G. Weisbachius*, *I. G. Kribelius*, *I. G. Fischerus*, *G. F. Schaufusius*, *S. Ranischius*, *G. G. Cleemannus*.
- die 2. IANVARII *C. G. Weisbachius* de ritibus variis veterum, noui anni temporibus usitatis, egit oratione latina, & simul Praeceptoribus de nouo gratulatus est anno.
- d. 17. latina oratione vituperauit Alexandrum M. *I. L. Ponsenthalius*.
- d. 24. fugiendam esse voluptatem, oratione latina monstrauit *S. Ranischius*.
- d. 28. disputatum fuit vtrum Simlon fuerit *αὐτοκτοῦς*, nec ne, Respondente *C. B. Ottone*, Opponente *C. G. Weisbachio*.
- d. 31. Monicam Augustini matrem oratione latina laudauit *Fridericus Wilhelmus Praesius*, Waldenburg. Misnicus.
- d. 7. FEBRVARII pietatem oratione latina laudauit *C. G. Klugius*.
- d. II. disputatum fuit, vtrum *Scipio Nasica* propter largitionem frumenti interficiens Gracchum recte fecerit, nec ne, Respond. *C. G. Weisbachio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 14. de damnis negligentiae discipulorum orationem latinam recitauit *Iohannes Wilhelmus Bienerus*, Haynenfis Misnicus.
- d. 18. disputatum est, vtrum Abbas ille Gallicus, Paris, vestitu & victu asperiore corpus exercens recte fecerit, nec ne, Respond. *C. G. Weisbachio*, Oppon. *C. B. Ottone*.
- d. 24. carmen latinum Epicum de Christi perpeffionibus & morte recitauit *C. G. Weisbachius*.
- d. 28. de eadem materia carmina recitarunt latina *Iohannes Fridericus Loeserus*, Rochlicensis Misnicus, & *S. Ranischius*.
- d. 2. MARTII Matronae honestissimae, Iohannae Christinae, Dn. M. Io. Iusti Toepfleri, Diaconi Coldicensis coniugi lectissimae parentauit *I. G. Reichelius*.

- d. 3. disputatum est, vtrum Seleueus recte fecerit, nec ne, cedens filio suo Antiocho, ex amore gravissime aegrotanti, uxorem suam, Stratonicen, Respondente *I. F. Roemlero*, Oppon. *I. G. Reichelio*.
- d. 6. in mortem perfeffionesque Christi carmina germanica recitarunt *I. S. Grimmerus*, *I. L. Ponsenthalius*, *Iob. Gottlieb Schiefferus*, Franckenberg. *Misnicus*, *Iob. Heinrichus Kuppis*, Sorbig. *Misnicus*, & *C. G. Cleemannus*.
- d. 17. disputatum fuit, vtrum mutis sacra coena porrigenda fit, nec ne, Respondente *I. F. Roemlero*, Opponente *C. G. VVeisbachio*.
- d. 24. disputatum fuit, vtrum collectio pecuniae, quae die poenitentiali fit in templo inter concionandum, fit laudanda, nec ne, Respondente *I. G. Landgraffio*, Opponente *I. F. Roemlero*.
- d. 28. quantum periculi illis hominibus, qui arido sunt similes ligno, immineat, oratione latina docuit, coetumque ad sacram coenam accessuro, deprecatoris partes suscepit *G. C. Hungerus*.
- d. 31. carmina germanica in honorem Iesu a morte resurgentis recitarunt *C. S. Koetteriz*, & *S. Ranischius*.
- d. 20. APRILIS victoriam Christi resurgentis comparavit oratione latina cum victoria Davidis Goliathum prosternentis *I. G. Kribelius*.
- d. 28. disputatum est, vtrum Lucretia, nisi se ipsam interfecisset, supplicio propter adulterium fuisset plectenda, nec ne, Respondente *G. C. Hungero*, Opponente *I. G. Landgraffio*.
- d. 1. MAII de veritate resurrectionis mortuorum oratione latina egit *I. S. Grimmerus*.
- d. 5. disputatum fuit, num Sacerdotibus in ecclesia Pontificia recte interdicitur coniugio, Respond. *C. G. Weisbachio*, Oppon. *I. F. Roemlero*.
- d. 11. Mariae Elisabethae Semperiae, B. Semperi viduae parentavit *I. S. Grimmerus*.
- d. 18. de coeli gaudio ineffabili carmen germanicum recitavit *S. Ranischius*.
- d. 19. disputatum fuit, num uxores certarum gentium in ignem semet ipsas iniicientes cum maritis defunctis rogo impositis, recte fecerint, nec ne, Respondente *I. F. Roemlero*, Oppon. *C. G. Weisbachio*.
- d. 25. Dn. Seidelio, Cantori Zichopauienti pie demortuo, parentavit *I. G. Reichelius*.
- d. 1. IUNII eloquentiam oratione germanica laudavit *H. C. Andreae*.
- d. 5. Querelas Austriae vel aulae Vindobonensis, morte Eugenii, Principis Sabaudiae longe fortissimi euocatas oratione germanica expressit *C. G. Weisbachius*. In mortem Principis eiusdem carmen germanicum recitavit *I. S. Grimmerus*.
- d. 12. scholam diligenter esse frequentandam a discipulis, oratione germanica probavit *G. Dürrius*.
- d. 16. disputatum est, vtrum Strategemata in bello sint licita, Respondente *G. Dürrio*, Opponente *I. G. Kribelio*.
- d. 19. *I. F. Loeserus* orat. latina probavit, scholas esse fulcra reipublicae; & *I. L. Ponsenthalius* nomine matris decrepirae, mortua filia, a qua non secus ac infans obseruata fuerat, carmine germanico, querelas fudit.
- d. 23. disputatum fuit, num amicitia sit utilis, Respondente *G. S. Martini*, Opponente *G. Dürrio*.
- d. 26. *I. W. Bienerus* orat. germanica de taciturnitate egit, & quae maxime tacenda sint, exposuit.
- d. 30. disputatum est, vtrum Musica sit utilis, Respondente *I. G. Kribelio*, Opponente *G. Dürrio*.
- d. 3. IULII carmen germanicum nomine peccatoris, qui admissa crimina dolet, & veniam a Deo anxie petit, recitavit *C. G. Cleemannus*.
- d. 6. de erudita nobilitate carmen germanicum recitavit *I. S. Grimmerus*.
- d. 7. disputatum est, vtrum monopolia in republica toleranda sint, nec ne, Respond. *C. B. Ottone*, Opponente *C. G. Weisbachio*.
- d. 10. orationem germanicam de animi demissione iuuentuti admodum necessaria habuit *G. F. Schaufjusius*.

JK Ya 1529

VD18


x 357732

- d. 14. disputatum est, verum *an didaxerit* possit veram consequi eruditionem, Respondit *F. L. V. de So*, Opponit *I. G. Landgraffio*.
- d. 24. M. quae omni virtutum genere maxime conspicuae, Johannae Elisabethae Cleemanniae, Dni. M. Gottof. Cleemanni, Archidiaconi ad aedem D. Jacobi meritisissimi Coniugi, post suavisimum annorum circiter octo & triginta coniugium, in thermis Wielenfis beate mortuae, parentarunt *S. Ranschibus* & *I. L. Ponsenthalius*.
- d. 3. AVGVSTI carmen germanicum, quo ad veram poenitentiam exhortatus est, recitavit *S. Ranschibus*.
- d. 4. de difficultate cognoscendi peccata oratione latina egit, & dum coetus peccata cognoscere, cognita fateri, atque eorum veniam serio petere, aliamque vitae rationem instituire debuit, deprecatoris vices subiit *I. G. Reichelius*.
- d. 7. Cimoneum, antiquum illum Atheniense ducem, oratione latina laudavit *C. G. Klugius*.
- d. 21. de diligentia a discipulis in futurum tempus neququam differenda oratione latina egit *I. F. Loeser*.
- d. 28. Eugenium Principem Sabaudiae, omnium laude & praedicatione dignissimum, oratione germanica laudavit *H. C. Andreae*.
- d. 1. SEPTEMBRIS disputatum fuit, num Princeps ad leges, a se ipso aliis praescriptas, servandas obligatus sit, nec ne, Respondente *C. G. Weisbachio*, Opponente *G. Dürrio*.
- d. 4. pro frugibus bene feliciterque in horrea vectis gratias Deo carmine germanico egit *Gottlieb Wielandus*, Gelenau, Misnicus.
- die 7. oratione latina laudavit Moysen, servum Dei fidissimum *I. G. Schiefferus* & orat. similiter latina Alexandrum *M. C. G. Cleemannus*.
- d. 8. disputatum fuit, num homo, qui inimicum habet, a Deo, vt tollat ipsum e medio, petere salva conscientia possit, nec ne, Respondente *I. F. Roemlero*, Opponit *I. A. Irmschero*.
- d. II. de utilitate calamitatum Christianis obuenientium carmen germanicum recitavit *Iohannes Salomo Heroldus*, Oberlungwiz, Misnicus.

Sic Vobis, *Patroni*, ad hoc vsque tempus de laboribus scholae nonnullis rationem reddere volui, debui: vbi quidem confido, Vos porro scholae, quae Vestra est, benevolentiam curamque non negaturos esse; id quod etiam maximo rogitō opere. Vos vero, *o mei*, renouate nunc atque instaurate vestram diligentiam. Vos scholae huic, ceu fidae matri, traditos esse, non vt dormiendo, otiano, aut ludendo, resque alienas tractando tempus perdati, sed vt, post sedulam pietatis curam, bonis literis animos excolatis rudes, non ignoratis. Ne ergo haec DIC CVR HIC mentibus excidere vestris pariamini. Non denegavit vobis Dei bonitas ingenii felicitatem: vtamini quaelo hac ita, vt lucrum non paruum aliquando ad vos, quin & ad alios inde perueniat. Quod si etiam sint inter vos, qui non sine difficultate ea, quae proponuntur, capere, ac diudicare valent; hi, DEI auxilio, industriaeque constantia, quod naturae dotibus deesse videretur, pensatum iri, sciant. Superianus Ilaurus, quamuis natura tardus, & trigessimū aetatis annum egressus foret, antequam animum ad disciplinas liberales adiceret; labore tamen improbo (teste Eunapio in *Vitis Sophistarum*) summam eruditionem, & insigne nomen est consecutus. Experimenti & vos, nihil esse, quod pertinax opera & inuenta ac diligens cura non expugnet. Quod ad me, nullum ego, vestri causa, laborem reculabo. Quamdiu vegetam mihi concedit Deus senecturem, strenuum me in cursu vestro habebitis comitem ducemque. Cicero fratrem suum Quintum tertio Proconsularis anno, orat rogatque (lib. I. Epistolar. ad *Qv. Fr. Ep. I.*) vt, quemadmodum poetae boni & oratores solent, sic ipse quoque in extrema parte muneris sic diligentissimus. Hoc & ego in extrema muneris vitaeque meae parte dictum mihi putabo, Vestris studiis non vlla re, quoad potero, defuturus. Quae omnia si mouere vos non poterunt, hoc vnum, vobis hic & feri & meti, vos moueat.



Ya  
1529



**VIARIUM**  
 ECIMVM OCTAVVM  
 TIONVM  
 VIRIS  
 DO, EXCELLENTISSIMO, PRAENOBI  
 PLISSIMIS ATQVE CONSVLTISSIMIS  
 AE CHEMNICENSIS  
 RIBVS GRAVISSIMIS

DE  
 S PRIVATAE DILIGENTIAE  
 PECIMINIBVS  
 SEPTEMBRIS A MDCCXXXVI  
 REDDITARVM  
*niele Mullero,*  
 Rect. Schol. Chemnic.

NITH, Litteris STOESELLIANIS.

